



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Guarino Veronen[is] narratoria de varijs

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

In trepidus: mortem non contemnens solum / sed appetens. ut alterum Catonem
 dixisses. O virum dignum memoria hominū sempiterna. Non laudo si quid ad
 uerius ecclesie instituta sentiebat: doctrinam admiror: rerum plurimarū sciētiam
 eloquentiam dicendi suauitatem: & argutiam respondendi. Sed vereor ne hæc oīa
 in pestem suam sibi fuerant a natura concessa. Datum deinde spaciū poenitendi
 biduo: multi ad eum accessere viri eruditissimi / ut ipsam a sententia sua dimouerēt.
 Inter quos Cardinalis florentinus eum adijt / ut illum fleteret ad rectam viam.
 Sed cum pīnaciū in erroribus p̄seueraret: per conciliū hæresis damnatus est: &
 igni combustus. locunda fronte & alacri vultu ad exitum suū accessit, non ignem
 expauit: non tormenti genus / non mortis. Nullus unquā stoicorū tam constanti ani
 mo: tam forti mortē perpelus / quā iste appetitū videt. Cum venisset ad locū mor
 tis: se ipm̄ exiit vestimentis. Tum procubens flexis genibus / veneratus palum ad
 ad quem ligatus fuit. Primū funibus madentibus / cum catena nudus ad palum
 constructus fuit. Ligna deinde circumposita peccotenus nō minuscula / sed grossa
 paleis interiectis. Tum flāma adhibita / canere cepit hymnū quendam: quē sumus
 & ignis vix interrupit. Hoc maximum constantis animi signum: cum licet ignem
 post tergum ne id videret / inijcer e veller. Huc inquit accede: & in conspectu accen
 de ignem. Si em̄ illum timuisses / nanquā ad hūc locum quem fugiēdi facultas erat
 accessisset. Hoc modo vir præter fidem egregius est cōsumptus. Vidi hunc exi
 tum: singulos actus inspexi. Sine perfidia / siue pertinacia id egerit: certe ex philo
 sophie schola interitū viri descripsisses. Longam tibi cantilenam narrati oīj causa
 nihil agens. Aliquid agere voluit: & tibi narrare paulū similes historijs pris
 rum. Nam neq; Mutius ille tam fidenti animo passus est membrū urij / quā iste unis
 uersum corpus. Neq; Socrates tam sponte venenū bibit: sicut iste ignem suscepit.
 Sed hæc satis. Parce verbis meis si longior fuit: tamen ampliorem narratōnem
 posebat. Sed nolui esse nimium loquax. Vale mi iocundissime Leonarde.

Constantia
 hieronymi

Mutius
 Socrates.

Poggius florentinus Guaimino Veronensi S.D.P.

Dij malefaciant illis nequissimis tabellarijs / qui tam male nobis satisfaciūt in
 reddēdis epistolis: & me priuant fructu litterarū mearū: & tibi adimunt volupta
 tem quam pro tua in me solita beniuolentiā permagnā ex his capere soles. Cetero
 rum maximas ago tibi gratias pro libello quem ad me misisti: immēsum quoddā
 tibi deberem si essem ducturus uxorem: sed parua erat antea voluntas uxoris cas
 piturū: nunc nulla. Postquā video quot & quanta iudicio sapientum requirat uxore
 rum munus: quæ magis optari licet / quā ea nos consequi posse. Sed hæc ioco. Quū
 primū mihi redditus est liber: ita auride eum legi: ductus tum nouitate materia /
 tum ordine & suauitate dicēdi: ut uniuersum transcurrerē uno die: postea pro ma
 turius relegerim. Res quidem iocūda & suauis: & plurimīs ornata exēplis: ita pro
 in ordine digesta / ut nihil ordinatius dici q̄at. Id autē quod me maxime mouet / est gra
 uitas dicēdi quā assidue seruat. Videt mihi Franciscus Barbarus alterū de Offis
 oīs librū cōscripsisse / sed uxoris: ita ad unguem Ciceronē exprimit dicendo. Non
 sum adulator ut nobis: quæ loquor proficiscantē ex animi sententia. Cum summa
 eloquentia cōiuncta est dignitas quædā sententiæ: / quouis grauis grauisimo vi
 re digna. Horteris rogo Franciscū nostrū ad scribendū. Nam mirabiles præ se fert
 primitias. Cōcius nos ter librū legit probatq; Deinde de ga: Alconibus distemina
 bo illum: ubi videro aliquē fructū glorie & laudis Franciscū allaturū. Accepi abs
 te præterea mi Guarine ep̄lam grandiuersulā: quæ describis elegantissime nauale
 victoriam: quā ex nequissimis generis nostri hostibus Veneti fuerūt egregia vir
 tute cōsequuti. Eam vero ep̄lam quam mihi maiorem imodum placeret / plurib;
 ostendit: quibus visum est ea a te luculenter magnificeq; narrari. Sed de his alias.
 Vale. Constantie pridie Kalē. Ianuarij.

Narratoria
 de varijs.